



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Croesvs Et Codrvs. hoc est, Copiæ Et Inopiæ Damna vel
Lvcra, à bono iustoq[ue] Mundi Governatore Deo
Distribvta**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1648

§. 12. A paupertate virtutum, non criminum occasionem accipiendam
esse, docet Lazari exemplum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52359)

S. XII.

*A paupertate virtutum, non criminum occasio-
nem accipiendam esse, docet Lazari
exemplum.*

Ad hanc animi constantiam & robur
Deus homines per incommoda paupertatis,
exercet. *Ecce excoxi te, inquit, sed non qua-* Isa. 48. 10.
si argentum, elegi te in camino paupertatis. Ad
hoc paupertas à benigno Numine immitti-
tur; non ad blasphemandum, non ad furan-
dum, non ad alia indigna committenda, vt
impatientes, & diuinorum consiliorum
ignari impiè cauillantur. Qui ex prima pau-
perum classe occasionem virtutis conuer-
tunt in ansam vitiorum, illi sanè vt egesta-
tem à se auerruncant, prædis, rapinis, latro-
cinijs, & omnibus malis artibus pecuniam
venantur. In illis autem *non paupertas hac,*
sed pusillanimitas facit, ait S. Chryso- S. Chry-
stomus. *Nam & Lazarus pauper fuit, & valde pau-* soft. hom.
per, cuius paupertati addebatur etiam agritu- quòd ne-
do, & egritudo amarissima, qua ipsam pauper- mo lædi-
tatem redderet graniorem; vis enim morbi so- tur, nisi à
le ipso.
latia multa deposcebat, & nullum penitus pau-
peras poterat adhibere: horum enim alterum,
etiamsi solum sit, graue est, & doloribus plenum.
Cum autem simul inunguntur, nec adest, qui
T suble-

subleuet, intolerabile videtur malum, ignis inextinguibilis, & dolor sine remedio, tempestas plena naufragijs, anima simul & corporis flamma. Erat praterea huic beato his omnibus malis aliquid adhuc amplius, vicinitas scilicet diuitis epulantis quotidie luxuriosè; & ipse adiebat huius epulantis foribus, ut eum multò amplius excruciant opes in oculis posita, quæ tabantur; quàm illa, quæ per penuriam dæderant. Multò enim grauius affligit animam, quòd cogitur carere bonis, quæ videt, quàm his egere quæ non videt. Lazarum sic dirames, & amara agritudines vastabant: Minus verò nullus, nec vllum misero solatium ex diuitis mensa, quæ parasitos, & luxuriosos, vsq; ad distensionem & crapulam satiabat: nec mica quidem, quæ proieciabantur, Lazaro periclitanti dabatur. Et tamen ita pertulit hanc tantam diram, tamq; teterrimam paupertatem, ut neq; amarum sermonem, neque blasphemia verbum proferret, aut illicitum: sed sicut aurum vehementius ignitum, purius & sincerius redditur; ita etiam ille passionibus, & cruciatibus examinatus, clarior, & splendidior per patientiam reddebatur. Vides, quomodo nemo leditur à paupertate, sed à seipso? Quid enim dic mihi morbus corporis? quid penuria rerum omnium?

quid

quid irruentes ulceribus canes? quid vicinitas
 diuitis auari ladere potuit athletam DEI? aut
 in quo his omnibus resolutus, aut fractus est a
 virtute animi sui? Nihil omnino. Quin immo
 & angustiis rerum magis solidatus est, & huius-
 modi illi corona parata sunt, unde infelicio-
 r tabatur, inde ei palma victoria; inde aeterna
 remuneratio, unde cruciatus ei multiplicaba-
 tur, & iniuria; fames illa abundantiam pra-
 parabat futurorum bonorum; egritudo illa vi-
 tam conciliabat aeternam: ulcera illa, qua ca-
 nes lambebant, splendorem gloriae per Angelos
 ministrandum ferebant inhumani & crudelis
 diuitis despectus, & ad januas eius cubile con-
 temtum patris Abrahamae piissimos sinus, & bea-
 titudinis eius consortia promittebant. Idem in
 Vitis PP. dixit Abbas Hyperichius: Thesau-
 rus monachi est voluntaria paupertas. Thesau-
 riza ergo tibi, frater, in caelo, quia ibi, ad re-
 quiescendum, sine fine sunt saecula. Quae cum
 ita sint, & reuera virtutum thesauri omnes
 Pigmalionis opes superent, qui apud pe-
 cuniarum contemptores reperiuntur,

Quid quereris, pauper, Croeso ipso ditior? illi
 Atreula diues erat, mens opulenta tibi est: